



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

III. Vt sacerdos in domo sua feminas non habeat, ne illas quidem, quas
Canones concedunt: & vt feminae ad altare non accedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

III.

ANNO
CHRISTI

Prohibendum, & modis omnibus interminan-
Lib. 7. cap.
291.
Iuo part. 6.
cap. 192. dum est, vt nullus sacerdos eas personas femina-
 rum, sicut & in Canone insertum continetur, de
 quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat.
 Sed neque illas, quas Canones concedunt, (quia,
 instigante diabolo, etiam in illis scelus frequenter
 perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis il-
 larum) scilicet matrem, amitam, sororem. Sed si
 quis de his habuerit talem necessitatem patientem,
 cui sit necessaria sustentatio presbyteri, habeat in
 vico, aut villa, domum longe a presbyteri conuer-
 satione, & ibi eis subministret quæ necessaria sunt.
 Sed & hoc, secundum auctoritatem Canonum,
 modis omnibus prohibendum, vt nulla femina ad
 altare præsumat accedere, aut presbytero ministra-
 re, aut infra cancellos stare, aut sedere.

IV.

Cum sacerdos audierit aliquem infirmari in sua
 plebe, quamcitius ad eum perga^t, & ingressus cu-
 biculum, aquam benedictam super eum & per om-
 ne cubiculum aspergat, cum antiphona, *Asperges
me Domine, & versu, Exurgat Deus.* Deinde dicat ora-
 tionem, Deus qui sacerdotibus tuis tantam præ ce-
 teris gratiam contulisti, &c. Deinde cantet septem
 psalmos, cum precibus pro infirmis. Post hæc, om-
 nes iubeat extra cubiculum secedere, & appropin-
 quans lecto, quo infirmus decumbit, eum blande
 leniterque alloquatur, vt omnem spem suam in
 Deo ponat, vt flagellum Dei patienter toleret, vt
 hoc ad purgationem & castigationem suam proue-